UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

**Gratianus <de Clusio>**

**Parisijs, 1542**

Quinq[ua]gesima agit de lapsu [et] reparatione clerico[rum].

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

co[a] claritatē veri luminis nequaq̃ penetrat, quo[b] ſe apud ſe per arrogantiam exaltat: ſicut de quibuſdam dicitur. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Iugem vero ſcabiem habet: cui carnis petulantia ſine ceſſatione dñatur. In ſcabie etem̃ feruor viſcerũ ad cutē trahitur: per quam recte luxuria deſignatur: quia ſi cordis tentatio vſq̃ ad operationē ꝓſilit, nimirũ feruor intimus vſq̃ ad cutis ſcabiem ꝓrumpit: ⁊ foris iam corpus ſauciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiã in actione dominat̃. Quaſi em̃ cutis pruriginem Paulus curabat abſtergere cum dicebat. Tētatio vos non apprehēdat niſi humana. ac ſi aperte diceret, Humanũ quidē eſt in corde tētationem perpeti: demoniacũ vero eſt tētationis certamine ⁊ operatione ſuperari. Impetiginem quoq̃ habet in corpore quiſquis auaritia vaſtatur in mente: que ſi in paruis non compeſcitur, nimirũ ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat: et abſq̃ occupati tedio excreſcens, membrorũ decorem fedat: quia et auaritia captiuã animam dum quaſi delectat, exulcerat: dum adipiſcēda queq̃ cogitationi obijcit, ad inimicitias accēdit, ⁊ dolorem in vulnere nõ facit: quia eſtuãti animo ex culpa abũdantiã ꝓmittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum[c] quoq̃ virtutũ per hãc pulchritudo deprauatur. et quaſi totũ corp⁹ exaſperat: quia per vniuerſa vitia animũ ſupplãtat. Pau. atteſtãte q̃ ait: Radix oĩm malorũ eſt cupiditas. Ponderoſus[d] vero eſt q̃ turpitudinē opere nõ exercet: ſʒ tamē ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mēte: q̃ nequaq̃ q̃dē vſq̃ ad op⁹[e] nephariũ rapit̃, ſʒ ei⁹ anim⁹ voluptate luxurie ſine vllo repugnationis obſtaculo delectat̃. Vitium quippe eſt ponderis cũ humor viſcerũ ad virilia labit̃: que ꝓfecto cũ moleſtia dedecoris intumeſcũt. Ponderoſus ergo eſt qui totis cogitationibus ad laſciuiã defluēs, põd⁹ turpitudinis geſtat in corde: et q̃uis praua non exerceat ope, ab his tamē non auellit̃ mēte: nec ad vſum boni opis in apto valet aſſurgere, q̃r grauat hũc in abſcõditis põd⁹ turpe. Quiſq̃s ergo cuilibet hoꝝ vitioꝝ ſubijcit̃ panes dño offerre ꝓhibet̃: ne ꝓfecto diluere aliena delicta nõ valeat is quē adhuc ꝓpria deuaſtãt. Quia igit̃ pauc; ad paſtorale magiſterium dign⁹ qualiter veniat, atq̃ hoc indign⁹ q̃liter pertimeſcat oſtēdimus: nũc is q̃ ad illď digne ꝑuenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonſtrem⁹.

Itē Hierony. ſup Malach.

Indoct⁹, terrena lucra querens, vitiat⁹ ordinari non dʒ.

Sacerdotes nomen dñi deſpiciunt, et quãtũ ad ſe[f] panē pollutũ offerunt q̃ ad altare indigne accedũt, quiq̃ dato munere ſacerdotiũ preſumũt. Panē quoq̃ polluit q̃ doctrinã dñi in pp̃lo male diſpergit: ⁊ q̃ honorat potētē[g], ⁊ deſpicit pauperē[h]. ⁊ ĩfra. Si offeratis cecũ aĩal ad immolãdũ: nõne malũ eſt? ⁊c̃. Superi⁹ accuſati de panib⁹, nũc accuſant̃ de victimis. Cecũ animal offert q̃ ordinat indoctũ ĩ loco docti: magiſtrumq̃ facit q̃ vix diſcipul⁹ eſſe poterat. Claudũ offert q̃ lucra terrena querētē locat[i]: vtpote pedē in diuerſa ponētē: vnũ in diuinis, alterũ in carnalib⁹: cui põt inferri illď de libro Regũ. Vſq̃ q̃[k] claudicat; in duas partes? Lãguidũ offert q̃ vitioſum hʒ ꝓ religioſo: q̃q̃ tardũ ⁊ pigrũ ꝓbat patientē: dicēs illũ[l] negligētie redarguendũ. Indignum eſt[m] enim dare deo qď dedignatur homo.

Diſtinc.l.

Ex pmiſſis authoritatib⁹ liq̃do monſtratum eſt q̃ varijs crimini=

a Et eo. id eſt ideo.
b Quo. Id eſt quia.
c Aliarũ. ĩpropriē ponitur. ſic. ſ. xxvj. diſti. deinde. ibi, cũ ceteris criminibus.
d Põderoſus. per immundã cogitationem.
e Ad opus. Ex hoc videtur q̃ occultũ peccatũ ĩpedit ꝓmouēdum: et ex eo ſequit̃ ibi, grauat in abditis. Sed contra. l. diſt. ſacerdotes. q̃r latētia peccata non habent vindictã quo ad eccleſiam militantē: vt. xxxij. q. v. chriſtiana. ⁊. xxxij. diſt. erubeſcant.

Sacerdotes. ¶ Caſ⁹. hoc ca. diuidit̃ in duas partes. In prima reprehendũtur ſacerdotes, quia nomen dñi deſpiciũt et quantũ in ſe eſt, panē pollutũ offerũt: qď fit cũ quis indigne ad altare accedit, vel ſacerdotium ſimoniace acquiſiuit: cum doctrinam populo male diſpergit: deſpicit pauperē, honorat potetem. In ſcďa parte que incipit ibi: Si offeratis. reprehēduntur q̃ indignos inſtituunt: et hoc facit authoritate vete. teſtã. in qua reprehenduntur ſacerdotes vete. teſtã. qui dño offerebãt animalia ceca, clauda, et languida, et etiã pigra. q̃ vitia hodie figuraliter intellecta repellunt in nouo teſtamento.
f Ad ſe. Nota q̃ aliquid dicitur malum quo ad ſe. ſic. j. q. j. quod quidam. ⁊. q. iij. ſaluator. ſic matrimoniũ dicit̃ ſolui quo ad ſocerum qui repudium miſit: nõ quo ad coniuges. ff. de dona. inter virũ et vxo. cum hic ſtat⁹. ⁋. ſi ſocer. et facit quis aliquid quãtũ in ſeipſo eſt. xj. q. iij. inter verba. ſic. xxij. q. ij. ⁋. viij. in fine. j. de cõſe. diſtin. iiij. queris.
g Potētē. in eo q̃ potens eſt.
h Pauperē. ĵ. xj. q. iij. pauper.
i Locat. in dignitate.
k Vſq̃ quo. Di[illegible]ctum fuit ab helia [illegible] fugiente irã regine Iezabelis [illegible] uerſo pop̃lo colēti [illegible] Baal. iij. reg. xviij. [illegible] nam deficit ambo[illegible] bus qui vult ſerui[illegible] re duobus. ⁊. xvj. diſt. acutius.
l Illũ. i. alium [illegible]
m Indignũ eſt. j. [illegible] ⁋. ſ. xlj. diſ. non co[illegible] gant. ſed ibi de re[illegible] bus, hic de pſonis. [illegible]

Ex premiſſis. [illegible] hec diſt. di[illegible] uiditur in. vij. partes: in quarũ prima dicit q̃ lapſi non poſſunt repa=

Ad roma. j.

Hoc hodie determinat̃ ex ď tē. ordinationũ. ca. v.

j. ad Cor. x.

j. ad Ti. vj.

rari.⁊ hoc probat per.xij.authoritates. Scōa ibi, Econtra exemplis. Tertia ibi, Quomodo igitur. Quarta ibi, De lapſis. Quinta ibi, Quod vero. Sexta ibi, Itē obijcitur. Septima ibi, Apoſtate. Jo.de fan.

¶ Casus. Supra monſtratum eſt ꝙ criminoſi ordinari non poſſunt. Hic queritur an tales poſt penitentiam poſſint i ſuis ordinibus remanere, et ad ſupiores ordines aſcendere. ⁊ probaꝛ multis authoritatibus ꝙ ipſi prohibētur, nec poſſunt aſcēdere: ⁊ hoc facit vſq; ad §.econtra. Demū probat cōtrarium vſq; ad.§.quomō. ¶ Ex pmiſſis.tractauit hucuſq; magiſter de qualitate ordinandorum. In hac diſtin.l.tractat primo de iam promotis, an ipſi poſtq; lapſi ſūt valeant reparari? Et primo allegat ꝙ nō poſſunt reparari: poſtea allegat pro parte contraria.et hoc bene ſoluit.J.eo.§.quomodo.⁊ p parte prima allegat vſq; ad.§.econtra.et poſtea inducit multa ca.ad probādam ſolutionē ſuā, vſq; ad.§.ſed illud.vbi aliam ponit: et eam probat p ca.ſeq.vſq; ad.§.ꝙ vero. ⁊ poſtea adiungit de lapſis in hereſim † ꝙ non ſit eis cōmunicandum ante reconciliationē. Ab illo.§.ꝙ vero.ſubiungit tractatum de homicidijs vſq; ad illum.§.premiſſis. Deinde addit de ſoleniter penitētibus, ꝙ nō debeāt ordinari, vel ad militiā ſecularē redire: ⁊ ꝙ clericis talis pnia nō ſit imponenda et p q̄bus ſit iponēda. Ultimo ſubdit de apoſtatis q̄ nec ad habitū ſecularē nec ad clericatum aſcendere poſſunt poſt penitētiā. Circa lapſos tres regule ſunt notande: ‡ que continentur.J.ea.diſt.vt conſtitueretur. Prima regula ſm h.hec eſt, vt qui mortaliter peccauit poſt baptiſmum, non pmoueatur: vt.xxv.diſt.primū.j.q.vij.ſi quis omnem. Scōa eſt. Promotus ſi mortaliter peccat, deijciendus eſt.J.ea.qui ſemel. Tertia eſt. Qui ab ordine deponiꝛ, ammodo non reſtituitur.J.ea.ca.j.⁊.ij.et.ca. peruenit.et vbicūq; mitius agitur, diſpenſatio eſt. Iſte autem tres regule ſm tres opiniones recipiūt interpretationē. Quidā eñ dicunt ꝙ omne pctm̄ mortale impedit pmouēdū, ⁊ deijcit iā promotū. ‡ et ſi talis ſit pmotus, ⁊ egerit penitētiā: tamen non poteſt miniſtrare ſine diſpēſatione. Alij intelligūt de magnis criminibus predictas regulas: qꝛ minora poſt penitentiam nō repellūt nec deijciunt: vt.lxxxj.diſt.ca.apl's.et.xlvj.diſt.clericus. v.q.iiij.in loco.lxviij.diſtin.ca.j. qꝛ nec oē publicū crimē animę mortem irrogat.inſtit.de pub.iudi.§.vlti. Tertij intelligunt predictas tres regulas de manifeſtis.occulta eñ poſt penitentiā nō repellunt, nec deijciunt: immo iure cōmuni promouetur: et ſi pmotus eſt, remanet in ordine ſuo.J.ea.c.de his vero.⁊ ca.precedenti.⁊ hec opinio verior eſt, et benignior: hoc tamen excepto, ꝙ maxima peccata etiam occulta repellūt: et de hoc plenē dixi.s.xxv.diſt.ca.vlt. De adulterijs autē ⁊ ſimilibus poteſt epūs ſimplex diſpenſare.extra de iudi.at ſi clerici.J.e.contumaces.de maioribus non.J.e.miror.⁊ in ſimonia.j.q.j.erga.⁊ ſm quoſdā in omnibus criminibus diſpēſat vbi nō prohibeꝛ.extra de ſenten.excō.nuper.⁊ de peni.diſt.vj.§.j.i fi.et.lxxxij.diſt.pbr̄.⁊ in pluribus caſibus inuenio epm̄ poſſe diſpenſare: vt notaui.j.q.vij.§.niſi rigor. Petrus hiſpanus cōtrarium dixit.nā cum in quibuſdam certis caſibus ei permittitur diſpēſare ergo in alijs ,phibetur: arg.xxv.diſt.qualis.et.C.de procu.maritꝰ. † Quis autem cum depoſito poſſit diſpenſare, dixi.ij.qō.vj.ideo. Cum ſuſpenſo autem vel penitente etiam in hereſi bene diſpenſat epūs.J.ea.preſbyteros. Joan. Iſte opiniones hodie terminantur per decre. Grego.in extrauag.de tēp.ord.queſitum.vbi reprobatur opi.Joan.⁊ credo ꝙ epūs ſemp poſſit diſpenſare, niſi ei prohibeaꝛ expreſſe a iure: vt.xxvij.q.ij.lex diuine.in fi.⁊ extra de ſen.excō.nuper. B.

bus irretiti, in ſacerdotes ordinari nō poſſunt. Nunc autē de eiſdem queritur vtrū poſt peractā penitentiā vel in proprijs ordinibꝰ remanere, aut ad maiores gradus ɔſcēdere valeāt. Multorū authoritatibus varijs criminibꝰ irretiti a pprijs ordinibꝰ deijciuntur, ⁊ ab acceſſu maioꝝ ,phibentur. Unde Gregoriꝰ ait Cōſtātino Mediolanenſi epiſcopo.

¶ Lapſi in ſuum ordinem reparari non poſſunt.

SI lapſis[a] ad ſuū ordinē reuertēdi licētia conceditur, vigor canonice pcul dubio frangiꝛ diſcipline: dum p reuerſiōis ſpe[b] praue actionis deſideria q̄s ɔcipe nō formidat. ⁊ poſt pauca. Illō aūt pre omnibus ſtudete cauere, vt lapſos in ſacro ordine nulla nobis ſupplicatio[c] aliquo modo reuocare[d] ſtudeat: ne huiuſmodi non ſtatuta[e] ſed temporaliter delata cre latur eis eſſe vindicta. Itē Martinus papa Amando epō.

¶ Qui poſt ſuā ordinationē labiꝛ, depoſitus pmanebit.

QUi ſemel poſt ſuā ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps iam depoſitus erit: nullūq; gradū ſacerdotij poterit adipiſci[f]. ¶ Itē Grego.pa. Fabiano epō.

¶ Preſbyter poſt lapſū nulla ratione in ſacro ordine reparari valet.

PResbyterum de quo nos fraternitas tua la-

SI lapſis. ¶ Casus. Conſtantinus Mediola.epūs queſiuit a Gregorio an cuilibet lapſo debeat licentia dari ad ſuū ordinē reuertendi? Et reſpondet ꝙ non, triplici ratione: quia ſi hoc fieret, vigor eccleſiaſtice diſcipline frangeretur: et quilibet propter ſpem reuerſionis praua deſideria concipere non formidaret: et preterea vindictam ſibi inflictam putaret eſſe temporalem, et non perpetuam.

a ¶ Si lapſis.hoc ca.loquiꝛ de depoſito: vt patet p fi.

b ¶ Spe.qꝛ facilitas venie ⁊c. vt.xxiij.qō.iiij.eſt iniuſta.et ex̄ de vi.⁊ hone.cleri.vt clericorum.

c ¶ Supplicatio.carnalis, ſed ſpūalis bn̄.J.ea.clerico.

d ¶ Reuocare.J.xxiij.q.iiij.eſt iniuſta.

e ¶ Non ſtatuta.perpetuo. Qui enim deponitur, perpetuo deponitur: vt hic, ‡ ⁊.lxxxj.diſtin.ſi quis clericus. et.C.de pe.ſeruus. Argu.contra.xxxiij.queſtio.iiij.non oportet.ij. Ibi ſimpliciter ponitur ſeparentur: et tamen ſeparantur ad tempus, non perpetuo: vt extra de conſti.ex literis.in fi. Sed certe illā non ſunt contraria: quia ibi nulla fuit depoſitio: ⁊ eſt hoc ideo ſtatutum, ne leges ludibrio fiāt: vt.C.de bo.que lib.l.vlt.§.fi.et eſt ſi. quod lex dicit ꝙ damnatus de crimine, ad militiam non recipitur: vt.ff.de re mili.qui cum vno.§.adulteri.

f QUi ſemel. Adipiſci. hoc ca.intelligitur de rigore.xxv.diſt.primā.J.ea.miror.vel in maioribus vel de manifeſtis criminibꝰ.ex̄ de tēp.ord.ca.fi.ſic non obſt. lxxxij.diſt.preſbyter.et.xv.q.vlti.hi qui.

PReſbyterum. ¶ Casus. Sacerdos quidā fuit lapſus in crimē, de quo poſtea in iudicio fuit ſponte

Epūs in quibus criminibus diſpēſat.

† Extra de trāſla.epiſ.ca.ij. ß. q̄ ꝙ deceſſione ⁊c.ſm Lau.

Epūs an poſſit ſēp diſpenſare.

Depoſitio eſt perpetua.

† Nam verbū ſtatuere rē pfectā ſignat. ß pe.di.j.§.hoc aūt.ſm Lau.ff. qō q̄ſq; iur̄.l.j.

† Sez i §.ō lapſis. Lau.

‡ Sciliz ius cōe ɔtinentes. L.

‡ Mortaliter peccat q poſt baptiſmā peccauit ſi ſe, pmo ueri pmittit: vel ſi in ordine iā ſuſceptore manet: qꝛātūcunq; egerit pniam niſi cū eo fuerit diſpēſatū. Iſti itelligūt regulas put ſonant. Lau.

confeſſus. quare queſiuit Fabianus an poſſit in ſacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et reſpon. Gre go. ꝙ non. Sed qꝛ ſponte confeſſus eſt, mitius eſt agen dum cum ipſo: ſcilicet vt nomen ſacerdotis retineat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

doqꝫ epiſcopus tenetur diſpenſare: vt. j. e. vt conſtitue retur. in fi. et. c. ſi quis diaconus. et. c. dño ſctõ. ⁊. j. q. vij. diſpenſationes. et. xxiij. q. j. noli. in fine.

e ¶ Homicidium. Sponte: vt ex͞ de homici. lator.

f ¶ Suadere. Plus enim eſt ſuadere ꝙ̃ compellere. ff. de ſer. corru. l. j. §. perſuadere. et plus punitur ſua ſor ꝙ̃ faciẽs. lxx vj. diſt. tanta. Jo.

toris preſentiũ legatione con ſuluit, nulla ratiõe in ſacro or dine poſt lapſum aut perma nere[a], aut reuocari poſſe co gnoſcat. Circa quẽ tamen mi tius[b] agendum eſt: quia com miſſum facinus facili[c] dicitur profeſſione confeſſus.

Item Joannes. viij. Ceno manico vticenſi epiſcopo.

¶ Poſt perpetratum homici dium ſacerdotale officium mi niſtrari non poteſt.

Miror[d] min⁹ doctã ſciẽ tiam tuã ſacerdotẽ pu tare poſt perpetratũ homici dium[e] poſſe in ſacerdotio mi niſtrare: imo (qđ eſt ineptius) nobis ſuadere[f] velle vt ipſi ta li preſumptioni prebeam⁹ aſ ſenſum. Quis enĩ tã demens, tãqꝫ puerſi ſenſus tale qđ exi ſtimaret vel poſt quantãcũqꝫ pñiam cõcedendũ: cũ oĩno ca nonice diſcipline ſit cõtrariũ?

Debet ergo ſacerdotio priua tus, lachrymarum fonte flagi tiũ tã imane diluere, vt talib⁹ ſaltem remedijs curatus, ſalu tis poſſit inuenire ſuffragiũ.

Item Nicolaus papa.

¶ Ad maiorem gradum cle ricus peruenire nõ poteſt qui paganum occidit.

Clericũ q̇ paganum oc ciderit[g] nõ opꝫ ad gra dum maiorem ꝓuehi: qui ca rere etiã debet acquiſito. ho micida enim eſt. Nam cum di ſcreti ſint milites ſeculi a mili tibus eccleſie: non cõuenit mi litibus eccleſie militare[h] ſecu lo, per quod[i] ad effuſionẽ ſan guinis neceſſe ſit peruenire.

Item Oſbaldo coepiſcopo quadrãtino. ¶ Qui defendẽ do ſe paganũ occiderit, ſacer dotali careat officio.

De his[k] clericis ꝑ qui bus cõſuluiſtis: ſcilicet qui notantur infamia. ob hec verba. §. vlti.

a ¶ Aut ꝑmane re. ſ. e. §. xxiiij. di ſti. c. vlt. j. xv. q. vi. ſi quis pbr̃. cõtra. Solu. in inferiori miniſtrauit: vt ibi. ſed non in ſuperio ri: vt hic.

b ¶ Mitius. Ar. ꝙ mitius agit cuꝫ cõfeſſo ꝙ̃ cũ conui cto: † vt. j. e. de his vero. ⁊. xv. q. vlt. ſi quis pbr̃. ſi. lvj. di ſtin. qꝛ ſimpliciter. j. q. v. preſentium. Arg. contra. xxiiij. diſt. cap. vlti. Sed ibi timore proba tionum eſt confeſ ſus, hic ſponte.

† Cõc. text. i. l. ij. et ibi gloſa. ⁊ doc. C. q̄ ap. nõ reci.

c ¶ Facili. i. ſpon te: vt extra de ho mici. lator.

Miror. ¶ Ca ſus. Quidaꝫ ep̄us volebat cum quodam ſacerdo te homicida diſpẽ ſare: et ꝑſuadebat domino pape vt ei poſt ꝑpetratũ ho micidiũ cõcederet miniſtrare. Sꝫ pa pa eũ reprehendit, dicens hoc fieri nõ poſſe poſt quan tancũqꝫ penitentiã: ſed diluat tam immane flagitium la chrymis, vt poſſit inuenire ſuffragium ſalutis.

‡ Secꝫ i ordine: ſꝫ in bñ ficio ſic: ex͞ ꝟ cle ri. pug. i du. hẽ ric⁹. j. e. pbr̃os. ⁊. c. ſtu deat. Dici põt ꝙ hoc ca. miror. loquit̃ i homici da noto rio ſiue manife ſto ⁊ vo lũtario. de hoc le. ⁊ no. j. e. de his ꝟo. Archi.

d ¶ Miror. Hic habes ꝙ ep̄s non põt diſpẽſare ‡ cum homicida: item nec cum ſimoniaco: vt. j. qõe. j. erga. niſi quandoqꝫ: vt. j. q. v. c. j. et vlti. Joã. De ſimoniaco eſt ex preſſum ex͞ de elec. c. penul. vbi dicit̃ ꝙ ſi aliquo ignoran te ſit cõmiſſa ſimonia, ep̄s cum eo poteſt diſpẽſare ſi in ſimplici beneficio ſit cõmiſſa ſimonia: ſecus ſi in prelatu ra. ſi autem eo ſciente ſit facta, ep̄s non poteſt diſpenſa re cum eo. extra de ſimo. nobis. B. Item nec cum depoſi to ſm̄ quoſdam: vt. ij. q. vj. ideo. Item nec cum eo qui ex cõmunicatus celebrat: vt. xj. q. iij. ſi quis ep̄s. ⁊. vij. qõ. j. ſi quis preſbyter. lꝫ ſit arg. contra. ij. q. v. quanto. Sed illud de mandato pape. Item nec cum eo qui accedit ad iudicium ſeculare: vt. xxj. q. v. ſi quis epiſcopus. Itẽ nec cũ bigamo: vt extra de biga. ca. de bigamis. et. xxxiiij. di ſtin. lector. Jo. Nec diſpenſat hodie cum filijs preſbyte rorum: vt ex͞ de fil. preſby. ca. pe. vbi ſcilꝫ miniſtrauit pa ter immediate. B. Diſpenſat aũt in pleriſqꝫ criminibus vt notaui. j. q. vij. §. niſi rigor. ⁊ generaliter vbi nõ prohi betur ep̄o diſpẽſatio, ſemper diſpenſare poteſt: vt extra de ſenten. excom. nuper. lꝫ quidam dicant ꝙ in illis ſolis caſibus diſpenſabit vbi a iure ei permittitur: quia cum in quibuſdam criminibus ei conceditur diſpenſatio: vt extra de iudi. at ſi cleri. ergo in alijs eis prohibetur: ar gu. xxv. diſtinct. qualis. et. C. de procu. maritus. Et licet diſpenſatio ſit ius quod peti non poteſt: tamen quan

Clericum. ¶ Caſ⁹. Cle ricus quidam occi dit paganum: poſt ea volebat ad or dines promoueri maiores. queſiuit quidaꝫ epiſcopus an poſſet? Et re ſpõdet papa ꝙ nõ: imo carere debet etiã acq̇ſito. Nam milites eccleſie nõ debent ſecularem militiam exercere per quam neceſſe ſit ad ſãguinis ef fuſionẽ ꝑuenire.

g ¶ Occiderit. ſponte. B.

h ¶ Militare. per hoc patet ꝙ loqui tur de illo q̇ in bel lo fuit. hortari ta mẽ poteſt clericus aliquos ad defen ſioneꝫ ſue eccleſie. xxiij. qõ. viij. vt pu dem. arg. ff. de his

i ¶ Per qđ. Argu. ꝙ ratione vnius delicti imputãtur omnia delicta que ſequũtur ex illo: vt. xv. q. j. ſi quis in ſaniẽs. xxij. q. iiij. inter. ff. quod metus cau. ſi mulier. Ar gu. contra extra de ſpon. veniens.

De his. ¶ Caſus. Quidam clerici defendẽdo ſe, pa ganum occiderunt. quare queſiuit quadrãtinus epiſcopus an peracta penitentia poſſint ad priſtinum gradum redire, vel aſcendere ad altiores? Et reſpond. ꝙ non: qꝛ papa nõ dat eis licentiam aliquem hominem occidendi: et ideo melius eſt illis in gradu inferiori irre ꝑhenſibiliter famulari, ꝙ̃ alta indebite appetendo in profundum inferni demergi.

k ¶ De his. Circa illos qui cõmittunt homicidium, di ſtingue ſic: quia aut committitur homicidium ex neceſſi tate, aut ex caſu, aut ex voluntate. Si ex neceſſitate: aut illa neceſſitas eſt euitabilis: aut ineuitabilis. Si eſt euitabilis, ad ſuperiores ordines non poteſt aſcende re: ſed in iam ſuſceptis toleratur: † vt. j. e. de his cleri cis. Si eſt ineuitabilis neceſſitas, ſine omni diſpenſa tione poteſt miniſtrare in ordine iam habito: ſed ad ſu periores habendos petet diſpenſationem: vt extra de homicid. ſuſcepimus. et cap. ij. Nec obſt. extra eo. lator vbi dicitur ꝙ ad ſuperiores talis licite promouetur: quia hoc intelligo ex diſpenſatione. Joannes. Sed cer te quicquid dicat Joan. de neceſſitate ineuitabili, capi tulum videtur expreſſe dicere ꝙ talis neceſſitas in nul lo obſit: vt. j. ead. quis te quaſi obnoxium. De hoc no.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tau in queſtionibus.Barth. Si vero caſu committitur homicidium: aut dedit operam rei licite,aut non. Si dedit operam rei licite,ei non imputatur:ſed poteſt miniſtrare in ſuſcepto: et aſcendere ad ſuperiorem: vt extra eo.cap.vlti.et.j.e.ſepe. et extra eo. Joannes. Sed ſi illicite rei operaz dedit, tunc nec in ſuſcepto poteſt miniſtrare,nec ad ſuperiorem aſcendere: vt.j.ea.clerico. et ca.ſi quis volũtate. Si vero voluntate occidit, nũquã diſpenſandum eſt cũ eo, ſm ꝙ loquitur cap.miror. h.tamen cum ſuo rigore dixit ꝙ in nullo caſu poteſt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere ſe occidi, ꝙ̃ alium occidere: vt.xxxiij.qõe.v.ita ne. et dicit ꝙ hoc verbum conſulendi ponitur pro verbo precipiendi: vt.xxviij.qõ.j.ſic em̃. Item ſm h. etiaz ſi crimen homicidij ſit occultum,tamen poſt penitentiam nõ poteſt exequi ſuum officiuz, ſicus eſt ſm eum in quolibet crimine alio; vt.j.ea.de his.niſi i ſimonia. Joan. Et hoc expreſſe dicitur extra de temp.ordi. capi.vlti.⁊ ita duo crimina tãtum excipit: ſcilz ſimoniã et homicidiũ. Argu.eſt de accu.inquiſitionis. Bart.

e.c.hi / q.r.c.ſi / duo.ni= / ſi forte / grande / ſcanda / lũ inde / oriret: / qr tunc / iudicaf / ei pur= / gatio. / et.c.et / liris.j.⁊ / no.et h / homic. / cum de= / lect9.in / gl.dm / ec.que / fuit gl. / Uin.

qui ſe defendendo[a] paganum occiderunt:ſi poſtea per penitentiam emendati poſſint ad gradum priſtinum redire,aut ad altiorem conſcendere: ſcito nos nullam occaſionem dare,nec vllam tribuere eis licentiam quẽlibet hominũ quolibet modo occidendi. Ueruntamen ſi cõtigerit vt clericus ſacerdotalis ordinis ſaltẽ paganum occiderit, multum ſibi conſulit ſi ab officio ſacerdotali receſſerit:ſatiuſqꝫ eſt illi in hac vita dño ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari,ꝙ̃ alta indebite appetendo damnabiliter in profundum inferni demergi.

Item ex cõcilio Agathenſi.

Cadat ab officio epiſcop9 presbyter aut diaconus capitale committens crimen.

SI epiſcopus,aut pbr̃, aut diaconus capitale crimen commiſerit,aut chartam[b] falſauerit,aut falſum teſtimonium[c] dixerit: ab officij honore depoſitus, in monaſteriũ detrudatur: ⁊ ibi quandiu vixerit,laicam tantummodo cõmunionem accipiat.

Item ex conci.Martini pa.

Qui homicidij facto,aut precepto,aut conſilio poſt baptiſmum conſcius fuerit,clericus non ordinetur.

SI quis[d] viduã,aut ab alio relictam duxerit: non admittatur ad clerum. ꝙ ſi irrepſerit,deijciat. Similiter ſi homicidij aut facto[e],aut precepto[f],aut cõſilio[g] aut defenſione[h] poſt baptiſmũ[i] conſcius fuerit,⁊ per aliquam ſurreptionem ad clericatum venerit,deijciatur:et in fine vite ſue laicam communionem tãtummodo accipiat.

Item Gregorius Januario epiſcopo Caralitano.

De ſacris ordinibus lapſi reparari non poſſunt.

PEruenit ad nos quoſdam de ſacris ordinibus lapſos vel poſt penitentiam vel ante ad miniſterij ſui officium reuocari: quod omnino prohibem9. Et in hac re ſacratiſſimi quoqꝫ canones cõtradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit[k]:ſacro ordine careat,et ad altaris miniſterium non accedat. Idem Uenãtio Lunenſi epiſcopo.

De eodem.

Alij autem pleriqꝫ dicunt ꝙ ſiue ſit homicidium, ſiue aliud crimen,dummodo ſit occultum:poſt penitentiam bene exequitur officium ſuum ſine omni diſpenſatione, licet non poſſit promoueri. Sed in ſimonia poſt nullam penitentiam poteſt exequi officium ſuum.j.qõne.j.erga hodie autem obtinet opinio h.circa crimen occultum: vt extra de accuſa.inquiſitionis.B.

a Defendendo. Incaute ſine moderamine. cuilibet enim licitum eſt ſe defendere cum moderamine: vt.ſ.di ſtinct.j.ius naturale,et extra de appella.capi.ſignificauit.C.vnde vi.l.j.

SI epiſcopus. ¶ Caſus. Queſitum fuit in concilio Agathẽſi quam penam debet pati epiſcop9 presbyter, vel diaconus qui capitale crimen commiſerit: vel chartam falſauerit: vel falſum teſtimonium dixerit? Et reſpõdet ꝙ deponi debet et detrudi in monaſterium ad agendam penitentiam: vbi donec viuit,non niſi laicam tantummodo communionem accipiat.

b Aut chartam. Dic vt.ſ.xix.diſt.in memoriam.

c Teſtimonium.j.v.q.vj.presbyteri.ij.

SI quis viduam. ¶ Caſus. Statutum fuit in concilio Martini pape ꝙ ſi quis duxerit in vxorem viduam vel relictaz, aut homicidiũ cõmiſerit facto,precepto,conſilio, vel defenſiõe:poſt baptiſma promoueri nõ põt:et ſi irrepſerit,deponaf et eijciatur:et in fine ſue vite cõmunionem accipiat.

d Si qs.iudex, executor,⁊ aſſeſſor in cauſis criminalibus,non poſſunt ꝓmoueri. hoc nõ eſt rõne pctĩ:qꝛ nõ peccãt iſta faciendo: vt.xxiij.qõne.iiij.queſituz. et q.v.miles.ſed propter irregularitatem quã ex tali facto cõtraxerunt.

Ideo dicebat Ber. ꝙ iſtd ca. intelligebaf de illis qui non peccauerũt.

e Aut facto. vt miles.

f Aut precepto.vt iudex.

g Aut cõſilio. vt aſſeſſor.⁊ ita ex conſilio punif aliquis, contra illud ff.man.l.ij.in fi. et l.deniqꝫ. Sed nun quid addi debꝫ de volũtate? argu.ꝙ ſic.j.qõ.iiij.qꝛ preſulatus.in fine.qđ non concedo:lꝫ anteqꝫ fiat vellet illud factuz eſſe: vel poſt factũ gratum habeat.

Conſiliũ facit vt quis puniaf

h Defenſione. euitabili.B.

i Poſt baptiſmum. Ergo ſi ante baptiſmum,poteſt. Bazianus dixit: ſi ante baptiſmum occidit non peccando,vt iudex:non poteſt promoueri: quia non tollitur irregularitas.ſed ſi occidit peccando,tollitur totum. Jo. Et ſic melioris conditionis eſt peccans ꝙ̃ non peccans. De hoc quid iuris ſit notaui in queſtionibus.et.xxvj.diſtin.in glo.videtur.B.

Queſtio venerial eſt: đ ꝗ habuiſti.xxj.di.i pñci. ibi đ hoc,et lj.diſ.in ſũma.⁊ xxvj.d.deide. Archi.

PEruenit. ¶ Caſus. Epiſcopus Caralitanus reſtituebat clericos lapſos in crimen fornicationis ante penitentiam vel poſt. Prohibet Grego.dicens ꝙ tales carere debent ſacris ordinibus: et ad altaris miniſterium nunqꝫ accedere.

k Fuerit. De quo fuerit conuictus vel confeſſus: et hoc verum eſt niſi epũs cum eo diſpẽſaſſet: vt extra de iudi.at ſi clerici. Sed nonne canon iſte prohibet epõ diſpenſare in hoc caſu? non.ſed redarguitur indiſcreta diſpenſatio: vt dixi extra de preben.de multa.

ſcꝫ ꝙ canões ꝯdicũt in hac re ⁊c.

l

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Accedens. ¶ Caſus. Preſbyter Saturninus propter ſuum debitũ depoſitus fuit: et tñ poſt depoſitionem miſſas celebrauit. Diacon⁹ vero abbas ꝛ ſubdiaconi mortaliter peccauerũt, crimen fornicationis cõmittendo. Unde Luneñ. eps̃ queſiuit quam penam iſti pati deberent? Et reſpondet Gregorius ꝙ Saturninus pbr̃ careat cõmunione corpis et ſanguinis xp̃i donec vixerit. in fine tamẽ viaticum accipiat: niſi antea epo viſuz fuerit ei eſſe miſerẽdum, et in ſcriptis caueat vt decetero miſſaz nõ cantet: et gerat curã monaſteriorum in inſula gorgonia et capraria ſine preiudicio alicuius. Diaconus vero abbas ſemp ab ordine ſacro depoſit⁹ erit: qui tamen poterit inter alios mõachos priorem locum obtinere, ſi eius cõuerſatio meruerit: ſed ordinem non obtinebit: in cuius loco debebit alius ordinari. Subdiaconus vero irreuocabiliter deponetur: laicam tamen cõionem accipiat.

a ¶ Preſbytero. Ergo clericus degradatus non retinet ordinem. arg. liiij. diſtin. ex antiquis. et. xj. q̃ōe. iij. eps̃. ꝛ. xv. q. vlti. ſi quis preſbyter. et xxiij. q. vlti. clerici. et idem videt̃ per hoc qđ dicitur. j. inter laicos cõmunionem. Sed tamen dico ꝙ characterẽ ſemp retinet, per id qđ habes. j. q. j. quod quidã. et. xxxij. q. vij. licite. arg. lxxxj. diſt. dictum. Unde qui percutit ipſum, incidit in canonem: ſaltem in memoriam priſtine dignitatis: vt. ff. de decurio. l. vlti. et ff. de queſtio. l. vnius. §. ſeruus. ꝛ de conſecra. diſtin. iiij. oſtenditur. Joan. quod non credo: cum careat omni priuilegio clericali: † nec credo ꝙ conficiat: ‡ quia omnem poteſtatem amiſit. Bar.

† Adde q̃ no. in addi. c. ij. đ pe. lib. vj. ꝛ c. dñs. glo. i ꝟ. ſacrilegium. j. xciij. di.

‡ Hec fuit opi. ray. quã reci. Gof. ꝛ B. ex de cle. ex. mi. ca. ij.

b ¶ In tue. Ergo eps̃ poteſt remittere penitẽtiam iniunctam a papa. ſic. xxxiij. q. ij. latorem.

c ¶ Abbatem. Ergo abbas poteſt eſſe diaconus: quia abbas potius eſt nomen officij q̃ȝ dignitatis. xviij. q̃ōe. ij. capi. j. immo in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt eſſe † abbas. extra de eta. et quali. tuam.

d ¶ Ueneris. Exiſtentem.

e ¶ Cecidiſſe. Per crimen.

f ¶ Priorem. Id eſt vt ſit monachus vt prius fuit: nõ tamen erit abbas.

Accedẽs ad gorgoniã inſulã fraternitas veſtra diſcutiat id qđ ad nos de ſaturnino pbr̃o[a] relatũ eſt. ꝑuenit nanqȝ ad nos ꝙ poſtq̃ȝ de ſacris ordinib⁹ lapſus, a ſui ſacerdotij ordine eſt deiectus: ad explendũ miniſteriũ p̃ſbyterij preſumpſerit accedere, et oipotẽti deo hoſtias ĩmolare. ꝙ ſi ita factũ eſſe vr̃a fraternitas repererit, eũ ſacri corpis ꝛ ſanguis dñi ꝑticipatiõe priuatũ in pñiam redigat, ita vt vſqȝ ad diẽ vltimũ in eadẽ excõicatiõe ꝑmaneat: et viaticũ tantũmõ exit⁹ ſui tp̃e ꝑcipiat. Si aũt eum talẽ pñiam agere frat̃nitas vr̃a cognouerit, vt ei iuſte ad recipiendã inter laicos cõionẽ etiã ante exitũ vite debeat miſereri: hoc in tue[b] frat̃nitatis ponim⁹ ꝑtãte. ꝛ. j.

Preterea ad fraternitat̃ tue cõſulta rñdẽtes, ſtatuim⁹ diaconẽ abbatẽ[c] quẽ de portu veneris[d] in crimen indicas cecidiſſe[e], ad ſacrũ ordinẽ non debere vel poſſe aliq̃ mõ reuocari. quẽ quidẽ ſacro ordine priuatũ, in pñiam deputare te cõuenit. cui⁹ ſi poſtea act⁹ cõuerſatioqȝ meruerit, priorẽ[f] inter alios monachos vbi decreueris ſtãdi locũ non ordinẽ obtineat[g]. Subdiaconi q̃qȝ quos ſimilis culpa cõſtringit, ab officio ſuo irreuocabiliter depoſiti inter laicos cõionem accipiant. In portu autem veneris loco lapſi diaconi aliũ qui hoc officium implere debeat ordinabis. Saturninum vero pbr̃m vt nunq̃ȝ ad ſacri ordinis miniſteriũ preſumat accedere, ſcriptis cauere decreuimus: ſꝫ eũ in inſula gorgonia atqȝ capraria ſolicitudinem[h] monaſterij gerere: ꝛ ĩ quo ſtatu eſt, ſine cuiuſq̃ȝ aduerſitate manere ꝑmittimus. Idem.

¶ Loco lapſi alius ordinandus eſt.

Poſtq̃ȝ quẽq̃ȝ crimĩal̃r cadẽtẽ ĩ locũ q̃ lapſus eſt, nulla rõ ꝑmittit reuocari: ꝛ vltra tres mẽſes[i] eccl̃iam vacare põtifice ſtatuta ſctõꝝ canonum nõ ꝑmittũt, ne cadẽte paſtore dñicũ gregem hoſtis (qđ abſit) antiquus inſidiãdo dilaniet: fraternitas vr̃a dep̃cationi eoꝝ cõſentire, et in lapſi loco debet ep̃m ordinare.

Item Martinus papa.

¶ Qui poſt ordinationẽ ſuã in lapſum ceciderit: ſacra myſteria non debet tractare.

Si poſt ordinationem ſuã q̃ſpiã in lapſum ceciderit, et preuaricatiõis pctõ fuerit deprehẽſus obnoxius: oĩmodo ꝓhibẽdus eſt cũ manibus lutulentis atqȝ pollutis myſteria nr̃e ſalutis tractare.

Ecõtra exẽplis ꝛ authorita-

g ¶ Obtineat. Non ordinem vel dignitatem.

h ¶ Solicitudinem. vt ſit procurator loci: lꝫ ſit infamis: q: infames non excludũtur a ciuilibus muneribus † ſꝫ honorib⁹. Arg. C. de his qui non imple. ſti. ſacra. lib. ſunt. l. j. li. x. ꝛ extra de eta. et qualita. tuam. et ſic procurator monaſterij poteſt eſſe infamis: ſed nõ procurator epiſcopi. v. q̃ō. iij. q: epiſcopus, quia non requirit̃ ſumma in eis perfectio integritatis: vt. xvj. q. j. legi.

Poſtq̃ȝ. ¶ Caſus. Epiſcopus quidam depoſitus fuit: canonici volebãt alium eligere. Archiepiſcopus vł primas diſturbabat, eum reſtituere volens, quod dicit Gregorius de iure fieri non poſſe: et cum eccleſia vltra tres mẽſes vacare non debeat, precipit Gregorius archiepiſcopo vt deprecationi canonicorum conſentiat, et loco depoſiti aliuz ordinet.

i ¶ Tres menſes. Tres menſes dantur ad electionem a die mortis: et alij tres menſes ad conſecrationem petendam. j. c. diſtin. quoniam. et. lxiij. diſtin. obeuntibus. et extra de electio. ne pro defectu. niſi per neceſſitatem prorogetur: ‡ vt. xxviij. diſtin. de ſyracuſane.

¶ Econtra. ¶ Hec eſt ſecũda pars huius diſtin. in qua magiſter probat contrarium eius quod ſupra probatũ eſt: ſcilicet ꝙ poſt lapſum poſſunt reparari: probat inquam per exẽpla ꝛ per nouem authoritates. Jo. de fan.

¶ Caſus. Supra probatum eſt ꝙ lapſi poſt penitentiam non ſunt reſtituendi. Modo Gratianus probat contra, ſcilicet ꝙ poſſint reſtitui ꝛ ad altiora conſcende-

tib⁹ ꝓbaꝛ poſt actā penitentiā ꝓprios gradus licite poſſe adminiſtrare, ⁊ ad maiores poſſe conſcendere. Maria em̄ ſoror Aaron poſtq̄ʒ lepra percuſſa eſt, q2 in Moyſen murmurauerat: acta penitentia a peccato mundata eſt, ⁊ priſtinā gratiā ꝓphetizandi recepit. Aaron[a] autē poſt conflatū vitulū etiā in ſummū ſacerdotē conſecratus eſt. Dauid[b] poſt adulteriū ⁊ homicidiū ſpiritū ꝓphetie recepit, et in proprio gradu permanſit. Achab quoqꝫ poſt mortem Nabuthe viri ſanctiſſimi per penitētiam humiliatus, in regia ſede remanſit. Et vt pretereamus multa exēpla veteris teſtamēti, Petr⁹ negauit Chriſtū, ⁊ poſtea princeps apoſtolorum factus eſt. Paulus Stephanū lapidauit[c], ⁊ tamen a deo in apoſtolum elect⁹ eſt. Multi quoqꝫ ab hereſi ad vnitatem eccleſie reuertētes, in ſuis ordinibus ſunt recepti: alij vero ad epiſcopalē etiā gradum ſunt ꝓmoti: vtpote Auguſtin⁹[d] ⁊ alij q̄ʒplures.

Item ex epiſtola Cyrilli ad Joannem antiochenum.

De eodem. Palea.

IOannes Chryſoſtom⁹ duabus ſynodis orthodoxoꝝ epoꝝ fuit dijudicatus: ſed iterū fuit reſtitutus. Marcellus eps anchire galatie depoſitus fuit: ſed poſtmodum ꝓprium recepit epiſcopatum. Aſclepius dijudicatus a ſynodo, eccleſiam ſuam poſtea recepit. Martianus eps andronopolites damnatus a papa Julio, recepit eccleſiā ſui epatus. Cyrillus eps Hieroſolymitanus depoſitus fuit: poſtea reconciliatus eſt eccl'ie ſue. Simili modo Polocromium eiuſdē eccleſie Hieroſolymitane pontificem, Sixtus papa damnauit: et iterum ipſe eum reconciliauit. Innocētius papa Fortunatuʒ epm̄ dānauit: ſed ipſe poſtea eum in propriū locū reſtituit eccleſie ſue. Nicenum epm̄ a Felice papa damnatū Gelaſius papa ſucceſſor illius reconciliauit: et eccleſie ſue reſtituit. Leontius dum eſſet pbr̄ depoſit⁹ fuit: ſed poſtea in antiochia patriarcha extitit. Grego. vero quartus papa Theodoſium quem Eugeni⁹ ei⁹ anteceſſor pbr̄ij honore priuauerat, ſctē eccl'ie ſeguine conſecrauit epm̄. Abbas nanqꝫ eps dijudicat⁹ fuit: ſʒ ſancta ſynodus canonice ſuā illi reſtituit eccleſiā. Rothardu ʒ vero epm̄ ſancte Sueſſionenſis eccleſie a ſynodo, cui Karol⁹ interfuit rex, condemnatum: et Stophidinū Placentinū epiſcopum merito reprobatum, Nicolaus papa ambos reconciliauit.

Preterea Calixtus papa de hmōi ſcribit ita.

Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt.

POnderet[e] vnuſquiſqꝫ ſermones ſuos: et quod ſibi loqui non vult, alteri non loquatur. Unde bene ſacra ſcriptura ait: Qđ tibi[f] non vis fieri, alteri ne facias. Nos em̄ tpe[g] indigem⁹ vt aliquid maturius agam⁹. nō precipitem⁹ cōſilia ⁊ opera noſtra: neqꝫ eoꝝ ordinē corrūpamus. Tho. iiij.c.

Sed ſi aliq̄s lapſ⁹ quoquo modo fuerit: ⁊ portem⁹ eū, et fraterno corripiamus affectu: ſicut ait btūs ap'lus[h]. Si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſcemodi in ſpiritu lenitatis, alter alterius onera portantes: et ſic adimplebitis legem Chriſti. Gala. vj.a.

Porro ſanctus Dauid[i] de mortiferis criminibus penitentiā egit: ⁊ tamen in honore ꝑmanſit. ij. reg. xj.⁊ xij.

Btūs q̄qꝫ Petr⁹ amariſſimas lachrymas fudit qn̄ dn̄m ſe negaſſe penituit: ſʒ tn̄ ap'ls permāſit. ⁊ dn̄s p' ꝓphetā pollicetur dicēs. Peccator in quacūqꝫ hora conuerſus fuerit ⁊ ingemuerit, oīʒ iniq̄tatū ei⁹ nō recordabor ampli⁹. Errant itaqꝫ qui putant ſacerdotes poſt lapſum ſi condignam egerint pniam, dn̄o non poſſe miniſtrare[k]: ⁊ ſuis honoribus frui, ſi bonā deinceps vitā duxerint: ⁊ ſuum ſacerdotiuʒ digne cuſtodierint. Et ipſi qui hoc putāt non ſolum errāt, ſʒ etiā traditas eccl'ie claues deſpicere videnꝛ: de qb⁹ dr: Qđcūqꝫ ſolueritis in terra, erit ſolutum et in celo. alioquin hec ſententia aut domini nō eſt, aut vera eſt. Nos Mat. xxvj. g Ezec. xxxiij. Mat. xvj.c.

re: et probat octo exemplis, ſcilicet Marie et Aaron, Dauid, Achab, Petri ⁊ Pauli, auguſtini, et aliorum quoruʒ nomina in ſequenti palea ponūtur: qui omnes poſt peccatū ſunt reſtituti. Num. xij.c.

Exod. xxxij. Econtra. Maria ⁊c. de hoc dicitur. ij.q. vij. §. item obijcitur.

ij. reg. xj. et xij. a Aaron. hec hiſtoria habeꝛ. xlv. di. diſciplina.

iij. reg. xxj. in fine. b Dauid. hec hiſtoria dicꝛ. ij. q. vij. §. item cum balaam.

Luce xxij. Mat. xxvj. Actu. vij. c Lapidauit. id eſt lapidantib⁹ cōſenſit, cuſtodiendo veſtes: vt. j. ea. conſiderandū. vnde non fuit punit⁹ immunis: vt extra de homicid. c. ſicut §. illi quoqꝫ. tamē hoc exemplum nō cōpetit: quia iſtud fuit ante baptiſmum.

Ar.⁊ xxiij.q. vj. vides. vbide hoc. d Auguſtin⁹. q̄ fuit manicheus: ſʒ ante baptiſmū: ⁊ ideo nō competit exemplum ⁊c.

POnderet. Cau⁹. In hoc ca. oſtēdit papa q̄ clerici poſt lapſuʒ peracta penitētia poſſunt in priſtinū ſtatū reſtitui. Et hoc probat auctoritatibus et exemplis. xj.

e Ponderet. Grauis erit quilibet in verbis: vt iiij. q. iij. §. item in criminalibus. ver. in teſtib⁹. et q̄ cito fatur, ad penitentiam ꝓperat: vt dicit Seneca. et pōt quis in proprio facto petere inducias ad reſpondendum: vt. ff. de interro. acti. qui interrogatur an heres ſit. nā teſtis repentin⁹ ⁊c. v. q. v.

§. ſed aliud.

f Quod tibi. in Thobia.

g Tpe. Nā ratio tpis mutat conſtitutionē: vt. xxxiiij. diſtinc. fraternitatis.

h Apoſtolus. Ad galatas.

i Dauid. hoc exemplū nō cōpetit. naʒ nihilomin⁹ fuit dictū ei: nō edificabis mihi domum, q2 vir ſanguinū es. j. de cōſe. diſti. j. cap. j. et. j. q. vij. ſi quis omnē. Dauid prohibitus eſt edificare.

k Miniſtrare. Diſpēſatiue ſi crimē eſt manifeſtuʒ: vel ipſo iure ſi crimen eſt occultum. extra de temp. ordi. capi. vlti.

a ¶ Qui dormit.in peccato.
b ¶ Non adijciet.i.nõ conabitur bene operando.
c ¶ Ut reſurgat.per penitentiam.
d ¶ Docuit.i.docturuꝫ ſe promiſit: ꝛ ſic eoipſo ꝙ quis promittit ſe velle docere, deo obligatur.ſic.xxj. diſtin.in nouo. vbi ſiĺr arguit anacletus ex illa authoritate. Dabo tibi claues .i.do in corpe mortali.et ſic futurum ponitur ꝑ preſenti vt de cõſe. diſ.ij.in chriſto.ff.de v̄bo.ſignifi. verbum erit. ꝟ.ſimile.xxij.q.v. .§.hinc notanduꝫ. ibi: da ꝛc.

Docere ſe velle ꝑmittẽs deo obligat

Pſal. xl.

pſal.l.

e ¶ Miſericordiam. Si enim in aliquo redarguendi ſumus melius eſt mie reddere rationem ꝙ crudelitatis. xxxv.q.ix. veniam.et.ĩ.xxvj.qõne. vij.alligant. et xj.qõne.iij.nemo.ĩ. lxxxvj.di.non ſatis .ĩ.j.q.viij. exigunt. ꝟ. diſtinct. ix. ſana quippe.

Excedẽdũ ẽ potiꝰ circa miam ꝙ circa crudelitatem.

pſal.l.

Ibidẽ

Et purgabit filios. ¶ Caſus. Probat hiero. poſt peractam penitẽtiã ſacerdotes poſſe deo placere, ꝛ ſacrificare ſibi ſicut ante peccatum faciebant. Et hoc ꝓbat authoritate Malac.dicentis ſacerdotes vete. teſta. purgandos eſſe ꝛ colãdos vt puri remaneãt ſicut aurũ ꝛ argentum, vt deo digne offerant. Ita ꝛ alij vt dicit Grego. cuꝫ emendati fuerint poterũt offerre: et placebit deo ſacrificium eorũ ſicut dies ſeculi ꝛ anni antiqui dño placuerũt.i. ſicut añ peccatum dño placuerunt, ita ꝛ poſt peccatũ emẽdati placent, ꝛ placere debent.

Joan. viij.

Ad roma.vj.

f ¶ Et purgabit. Uerba malachie ſunt. Ecce veniet dñs exercituum: ꝛ qͦs põt cogitare diẽ aduẽtus eiꝰ: ꝛ quis ſtabit ad videndũ eũ? Ipſe eñ quaſi ignis conflans, ꝛ quaſi herba fullonũ: ꝛ ſedebit cõflãs ꝛ emundans quaſi aurũ ꝛ argentũ: ꝛ purgabit filios leui: ꝛ colabit eos quaſi aurũ ꝛ argentũ: ꝛ erunt offerentes dño iuſta ſacrificia: ꝛ placebit dño ſacrificium iuda ꝛ hieruſalem ſicut dies ſeculi ꝛ anni antiqui.

vero indubitãter tã dñi ſacerdotes ꝙ reliqͦs fideles poſt ſatiſfactionem dignam poſſe redire ad honorem credimꝰ: teſtante dño per prophetã. Nũquid qui dormit[a], nõ adijciet[b] vt reſurgat[c]? Et propheta Dauid penitentiam agens dixit. Redde mihi letitiam ſalutaris tui, et ſpiritu principali confirma me. Ipſe nãqꝫ poſt penitẽtiam ꝛ alios docuit[d], et ſacrificiũ deo obtulit: dãs exẽplum doctoribus ſancte eccleſie, ſi lapſi fuerint, ꝛ condignã penitentiã deo geſſerint vtrũqꝫ facere poſſe, docere, et ſanctificari. Docuit enim quando dixit: Docebo iniquos vias tuas, ꝛ impij ad te conuertentur. Sacrificium deo obtulit ꝑ ſe dum dicebat: Sacrificiũ deo ſpiritus cõtribulatus: cor contritum ꝛc̃. Uidens autem propheta ſua ſcelera mundata per penitẽtiã, nõ dubitauit predicãdo ꝛ dño libãdo curare etiã aliena. Mũdetur ergo homo a peccato, et gratia dei reſurgit a lapſu: et in priſtino manet officio iuxta ꝑdictaꝫ authoritates. videat ne amplius cadat: ſꝫ euãgelica ſentẽtia in eo maneat, q̃ ait. Uade, et amplius noli peccare. vnde Apoſtolꝰ ait. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt non obediatis concupiſcentijs eiꝰ. ¶ Sententiã que vetat miſericordiã[e] nõ ſolũ tenere fratres, ſꝫ etiã audire, fugite: qꝛ potior eſt miſericordia oĩbꝰ holocauſtomatibꝰ ꝛ ſacrificijs. Itẽ Hieronymus.

¶ In priſtinum gradum poſt penitentiam reuocari poſſunt penitentes.

Et purgabit[f] filios leui. tẽpus[g] eñ eſt vt iudiciũ a domo[h] dei incipiat. et alibi[i] ſcribitur. A ſanctis meis incipite. In filijs autem Leui omnẽ[k] ſacerdotalẽ intelligit dignitatem. Si autem ſacerdotes purgandi ſunt et colandi, vt purũ aurũ remaneat et argentũ: q̃d de ceteris eſt dicendũ? q̃ cũ emẽdati fuerint ꝛ colati, tunc offerent deo iuſta ſacrificia: et placebit dño ſacrificium eorũ quod offertur pro Juda ꝛ Hieruſalẽ: hoc eſt pro his qui dñm confitentur: ꝛ pacem eiꝰ mẽte conſpiciunt: ſicut dies ſeculi, ꝛ ſicut anni antiq̃[l]: hoc eſt vt quomodo in principio[m] placuerunt deo, ſic poſt peccatũ[n] ꝛ penitentiã placere incipiant, cum omniũ fuerint peccatorũ ſorde purgati.

Item Grego. Secundino.

¶ Lapſi reparari poſſunt.

Quia ſanctitas tua reqͥſiuit vt tibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi authoritates ſcriberemus, dũ dicis de hoc canonũ diuerſorum te legiſſe diuerſas ſentẽtias: al's reſurgendi, al's nequaqꝫ poſſe: ideo nos generales ſynodos a Nicena ſynodo incipiẽtes, hãc cũ reliqͥs q̃tuor[o] veneramur: qꝛ ipſam ſequẽtes ceterę in cunctis canonicis ſentẽtijs vnanimiter cõcordãt: nos vero precedentes pſes ſeq̃mur: qꝛ authore deo a ſacra doctrina illorũ non diſcordamꝰ. A capite[p] itaqꝫ incipientes, vſqꝫ in quartũ[q] altaris miniſtrum hanc formã ſeruãdã cognouimꝰ, vt ſicut miniſtri ... eſt epiſcopo.

g ¶ Tẽpus enim eſt.ꝛc. Uerba beati petri in epiſtola canonica.
h ¶ A domo.i.ſacerdotibꝰ. Omnia enĩ mala a ſacerdotibus proceſſerũt, vt xxiiij.q.iij.tranſferunt.
i ¶ Et alibi. In ezechiele.ca.ix.
k ¶ Omnẽ. Arg. quod de vno dicitur, de omnibꝰ intelligitur: vt.lxj.diſtinc. miramur. et xxiiij.queſtione.j. quodcunqꝫ.
l ¶ Antiqui.i.patres ſancti.
m ¶ In principio, id eſt ante peccatum. Argumen.ĩ. proxi.ca.
n ¶ Sic poſt peccatuꝫ. immo pl'.ĩ. ca.fidelior.

Quia ſãctitas tua. ¶ Caſus. Secundinus inueniebat cõtrarias authoritates de reparatiõe lapſorum quare ſupplicauit Gregorio vt ſolueret ei has contrarietates: et ſcriberet ſibi ꝺ clericis lapſis vtrum poſſint poſt penitentiam reparari. Grego. vero ei ſatiſfaciens oſtendit lapſos peracta penitẽtia poſſe in ſtatum priſtinum reduci, ſequens concilia et antiqͦs patres. et hoc probat exemplis et rationibus ſex.

o ¶ Quattuor. ſcilicet Conſtantinopolitana, Epheſina, Calcedonẽſis, ꝛ Anchiritana: de qua habes.ĩ.e.domino.
p ¶ A capite. id ...
q ¶ Uſqꝫ in quartum, i. ſubdiaconatum.

a Ita etiam crimine.ſ.xxiij.q.j.non auferamus.
b Triticum. Id eſt penitentiam.
c Et fructum. Id eſt reſtitutionem.
d Gaudeo. Ideo dicit gaudeo, quia poſt penitentiā fortior reſurgit homo: vt.ſ.ea.fidelior. †
e Xcix.ꝓ hunc numerū deſignantur.ix.ordines angelorū: de quibus habes.ſ.de pe.diſ.ij.principium.
f In deſerto. id eſt in celo: quod diabolus ꝑ caſum deſeruit.
g Et prima. argu.ꝙ reſtituti poſſunt accuſare ⁊ teſtificari. arg.ſ.ea. ferrum. et ca. dño ſancto.
h Pauci. Difficile eē eſt continere: vt.xxviij.diſ. de his.⁊.xxxiiij.q.v.qui ſitit. nec tamen ideo min⁹ delictum eſt: vt.ij.q.j.multi.i fi.⁊.xxxij. qōne.vij. flagitia. et licet iſtud ſit naturale, non tamen excuſat: vt.ff.ad.l.aquil.ſi ſeruus.§.ſi fornicarius.

† pnia fortior cat. ſcdm hūc intellectū iſtō magis qd eſt i terr tu tenetur cōparati: ue: tie gitur ō ver; iuſtis: et loquit quadā ſimilitudine vulgari. Arc. Cōtinere difficile eſt. Luce xv.b.

Quid eſt ⁊c. ¶ Caſ⁹. Probat Greg. in hoc cap.ꝙ prelati poſt lapſum pacta penitentia, ex officio ſuo predicare poſſunt. et hoc probat exemplo Ezechielis prophete: qui cum ſtaret ⁊ videret ſimilitudinem quatuor animaliū et quatuor rotaꝝ, cecidit i faciē ſuā: et dñs dixit ei. Fili hominis ſta ſupra pedes tuos, et loquar tecum. Iacenti ergo in peccato prophete dicitur vt reſurgat per pniam: et poſt penitentiā ad predicādum mittitur. Prelati ſiſt̄r in peccato iacentes predicare non debēt: ſed eis per penitentiā reſurgentibus predicabunt: ſicut fecit propheta. Nam cum ſtant in peccatis ſupbie prelati: dignū eſt vt ad bona opera cōſurgant per penitētiā. Et nota ꝙ in predicta authoritate ſtare dupliciter ſumitur. Nam primo accipitur in mala ſignificatione: poſtea in bona.

Apo. ij.a.

Mat. xxvj.

i Prophete. Ezechieli. Ezechie.ij.
k Stans. hic ſtans accipitur in mala ſignificatione, et prius in bona: et ita eſt hic argum.ꝙ aduocatus varijs modis poteſt iura exponere: ſicut hec authoritas: Uerbum caro factum eſt. vel illud: Ueritas ō terra orta eſt. quādoꝗ exponit.i. chr̄s de virgine natus eſt: vt.xxxv.q.x.c.j. quandoꝗ exponitur.i. cōfeſſio de penitente. de peni. diſt.j. quicūꝗ. Argu. cōtra.xxiij.qōne.vij. quod autē. Sed hec diuerſo reſpectu.

Iura vario mō pñt exponi.

Ezec. ij.a.

l Timore. ſeruili ſcꝫ cū quo charitas dedignatur habitare. inducit tamē iſte timor filialē, ſicut ſeta filū: vt.ſ.de pe.diſt.ij.ſi quis tantū.

Timor eſt duplex.

Ferrū. ¶ Caſus. Legit ī Iob: Habet argentum venarū ſuaꝝ principia: et locus eſt auro in quo cōflatur: ferrum de terra tollitur: et lapis calore ſolutus in es conuertitur. Per hanc authoritatem vult Greg. probare ꝙ poſtꝗ prelat⁹ ſeparatus eſt per penitētiam a peccatis, debet lucidus reputari: nec dꝫ cōſpici ī eo id qđ fuit, ſed qđ modo eſt: ad iſtar ferri, qđ donec eſt ſub terra, obſcurū eſt: ſꝫ poſtꝗ ſeparaꝶ a terra, fit lucidū et vtile ad ſecandū. Sic prelatus ad predicandum, ⁊ ad ꝟba diuina declarandū.

m Ferrum. In Iob cōtinetur ita: hꝫ argētū venarū ſuarū principia: ⁊ auro locus eſt in quo cōflaꝶ: ferrū de terra tolliꝶ: ⁊ lapis calore ſolutus in es conuertitur.

n Incipit. Argu.ꝙ poſt penitentiā reuertitur quis ad priores ꝓactus. ſi.xxxij.q.j.cum renunciatur. ⁊.q.v.

† ad hꝰ ſ.e.q̄ tua.ꝟſ. ſicut i. vbi de hoc. et xxiij.q.vj. vides. iuxta finē vbi ēt de hoc.

norem maior precedit honore, ita etiam[a] crimine: et quem maior ſequitur culpa, maiori plectaꝶ vīdicta: ⁊ ſic poſtea penitētia credaꝶ eſſe fructuoſa. Quid eē ꝓdeſt triticum[b] ſeminare, ⁊ fructū[c] ei⁹ nō tollere: aut domū ꝯſtruere, et nō illic habitare? Poſt dignam itaꝗ ſatiſfactionez credimus poſſe redire ad honorez: ⁊ ad fontem mīe recurrētes, euangelicam ſententiā ꝓferamus. Gaudeo[d] iquit ſuper vno peccatore penitentiā agente, magis ꝗ̄ ſuper.xcix.iuſtis qui non indigent penitentia. Et ouē ꝑditā (xcix.[e] nō errantib⁹ relictis ī deſerto[f]) humero pij paſtoris ad ouile reportandam dñs ipſe teſtaꝶ. Si ouis perdita, errās poſt inuētionem ad ouile humero deportatur predictis.xcix. nō errātibus in deſerto relictis: cur iſte poſt pniam ad ecclie miniſteriū lapſ⁹ nō reuoceꝶ? Sicut in apocalypſi dr̄ de miniſtro ecclie: Memento vnde excideris, et age pniam: et prima[g] opa fac. Quid eē grauius eſt, aut carnale delictum cōmittere, ſine quo pauci[h] inueniūtur: aut dei filium iureiurando negare? in q̄ verbo hunc ipſum beatū petrum apoſtolorū principem (ad cuius ſacrū corpus indigni ſedemus) lapſum eſſe cognouim⁹: ſed poſt negationem pnia ſecuta eſt: ⁊ poſt pniam mīa data eſt: quia ab apoſtolatu eum non expulit: qui ante quidem ipſum ſe negare predixit.

Idem ſuper Ezechielem.

Poſt acerrimam penitentiam lapſi reparantur.

Quid eſt hoc ꝙ prophete[i] iacenti dicitur: Sta ſupra pedes tuos, et loquar tecum? Qui enim iacenti loquebatur, cur ſtanti promittit ſe locuturum? Sed ſciendum eſt qꝛ alia ſunt que iacentes, alia que ſtātes audire debemus. Iacenti eē dicitur vt ſurgat: ſtanti autē precipitur vt ad predicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus preberi nō debet authoritas predicationis: ſed cū iam in bono opere ſurgimus et cum iam recti ſtare ceperimus, dignum eſt vt ad lucrādos alios in predicationē mitti debeamus. Stans[k] ergo ꝓpheta viſionē ſpiritualem vidit, ⁊ cecidit: cadēs ꝟo admonitionis verba ſuſcepit vt ſurgeret: ſurgens autē preceptū audiuit vt predicaret. Nam qui adhuc ex ſupbie ꝟtice ſtamus: cū iam de eternitatis timore[l] aliq̇d ſentire ceperim⁹ dignum eſt vt per penitētiam cadamus: et dū infirmitates noſtras ſubtiliter cognoſcentes humiliter iacem⁹, per diuini verbi conſolationem ad fortiora opera reſurgamus.

Idem. De eodem.

Ferrū[m] de terra tolliꝶ: cuꝫ fortis ꝓpugnator eccleſie a terrena (quam prius tenuit) actione ſeparatur. non ergo in eo debet deſpici quod fuit: quia iā incipit[n] eſſe quod

preceptum.in fi.et.vj.qō.j.illi qui.ꝛ.ꝭ.e.ca.qꝛ ſanctitas tua.in fine.ff.de edili.edic.quod ita. Arg.contra.lxj.diſtin.in ſacerdotibus. Rñ.ꝙ nunꝙ̄ per penitentiā reuertitur res ad priorem ſtatum: vt.xxxiij.q.ij.admonere. ꝛ lxxxj.diſt.romanus.ꝛ ca.ſi quis clericus.ſed per diſpenſationem: vt.ij.qō.iij.§.notādum.in fi.Jo.niſi in occultis criminibus: vt ex̄ de tempo.ordi.ca.viti.Bar.

a ❡ Qđ non fuit.id eſt qualis non fuit: ꝛ ſic nō eſt hic aliqua fictio iuris. Uel dic ꝙ ius fingit eum eſſe nouū hoiem ſicut baptizatū.xxvj.diſt.c.j.de peni.diſti.ij.§.romanos.ꝛ.c.quo modo.ꝟſicu.expoliantes. alteratus tamē eſt.ij.qō.vij.§.q̇a ergo.ſic fingit nō eſſe homicidam qui eſt homicida.xxiij.qōe.v.ſi homicidiū.ſiſr fingit aliquem nō tranſiſſe qui tranſiuit: vt.vij.q.j.mutationes.et nō eſſe ep̄m qui eſt ep̄us: vt.ij.q.vij.nō oēs.ꝛ ca.qui nec.ꝛ eſſe virginem q̄ nō eſt ꝟgo: vt.xxxij.q.v.ꝓpoſito.ꝛ nō eſſe matrimoniū qđ eſt: vt.xxx.q.v.aliter. Sed nūquid per tales fictiones preiudicabitur iuris veritati: ita vt non admittatur probatio in cōtrarium? videtur ꝙ ſic: vt ex̄ de regularibus, vidua. Uidetur contra: vt ex̄ de renun. ſup eo.ꝛ.ff.qđ metus cau.non eſt veriſimile.ꝛ vna preſumptio per aliam preſumptionē tollitur.ff.de in integ. reſti.l.diuus. Ego dico breuiter ꝙ contra oēm preſumptionem admittitur probatio: niſi vbi ius de iure alicuius nō tantum preſumit, ſed etiam certū quid ſtatuit: nec multum apprecior illam diſtinctionem quorundam ꝙ eſt quedam preſumptio iuris: quedam hoīs: quedaꝫ nature: de quib⁹ habes extra de ſponſa.is qui.qꝛ lex dicit ꝙ per fictionem iuris veritas non confunditur nec deletur: vt.C.de iure do.in rebus.in princ.

Cō̄c. tex. i fi. in.l.j.§. i ſūma. ff.đ aq̄ plu. ar. ꝛ.i.l.ꝓuincia. les.ff.đ ꝟb.ſig.

Jus multa fingit.

ꝑs.l.

Probatio vtrū ꝫ pſū ptioneꝫ admittatur.

Al'as fec⁹.ff. de reb. du. qui duos. ꝟ.iij.et iiij.ꝑm Lau.q̇ hāc ſententiā tenet h cū Joan.

non fuit.[a] Item Auguſt.

❡ Poſt cōdignā penitentiam priſtina recipiuntur officia.

